



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXXIX. Portuen. juris pascendi. De jure pascendi competente
Communitati vel civibus in terris & prædiis privatorum, Et an possint simul
stare quod dictum jus sit Baronis, & Domini loci, & tamen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

hæc exuberantia pascua tanquam bona nullius, & in quibus quæstio cadit inter DD. quisnam potius fundatam intentionem habeat, an scilicet Baro, vel Communitas ex iis, quæ insinuata habentur in Co-maclem, vallum sub tit. de feudis dis. 2. & in Cu-sentina sub tit. de juris dict. dis. 48. & in aliis.

Majorem difficultatem faciebat primum objec-tum super prohibitione, quam ipsomet Dominus, & Communitas regulariter habent absque consen-su civium interessatorum, scilicet alia iusta causa facero hujusmodi clausas, seu bannitas & defensas ut supra, unde propterea esset permittere privatis id quod ipsi Domino vel Communitatì prohibitum est.

Pro hujusmodi objecto solvendo dicebam, etiam cum sensu veritatis, dictum argumentum esse verum, rectèque procedere, quando aliquis privatus id facere vellet ad industriam, quia nempè ita proprios fundos clauderet, ut bannitam seu defensam in substantia faceret, ad effectum custodiendi & reservandi herbas, ut eas cum jure privativo aliis venderet, ibique exterorum animalium introduceret, & in his terminis, atque ex ista ratione verè procedunt omnes auctoritates, quæ desuper habentur; Secùs autem ubi ex prudenti oeconomia & industria id fieret, ut exinde majorem fructum ex bonis suis aliquis percipiat, curando ita proprios fundos seu agros recingere & custodiare, ut pro animalibus propriis commodi & meliora pascua habeat in rebus suis, cum id nullo jure prohibitus videatur; Unde propter ea apud allegatos, per quos dicta prohibitiō firmatur, receptum est fieri posse aliquas reservationes ex iusta causa, puta pro herba bovum, eosdem agros seu fundos colere debent, vel ovium & caprarum, quæ eos itercorare debent, & quæ reservata vulgo mezzane in Apulia aliisque regionibus dici solent.

Nam etiam generaliter firma remanente dicta prohibitione bannitarum, seu defensarum, conceditur jus faciendi has reservationes seu mezzanas pro bovinis aratoriis & favore agricultura tanquam ex causa publica, prohibendo, ne ibi oves, sues, equi & alia animalia depasci possint, ut ex dicto magistro Covarr. dicto cap. 37. habetur apud sej. di-cta dec. 74. Capob. dicta pragm. II. tom. primo ex num. 32. Novar. dicto trait. de gravam. par. I. gravam. 34. ubi etiam gravam. 35. de facul-tate privatorum faciendi mandras & reclusa pro custodiendis animalibus à lupis vel latronibus cum similibus; Et quando non haberemus auctoritates, id clare comprobaret naturalis ratio, & communis usus, quoties hac omnia moderatè fiant, & ex iusta causa, & probabili motivo, ita ut non sit facere defensas seu bannitas per indirectum, ideoque ut frequenter in aliis hoc e-deret. iste dicuntur questiones facti potius quam juris, ex singulorum casuum particularibus circumstantiis, prudentis judicis arbitrio deciden-dæ; Praefens autem causa, quod sciām, non fuit formiter decisa, sed mediante quodam honesto temperamento, finem potius insensibilem habuit.

**

PORTUEN.

JURIS PASCENDI

PRO

DUCISSA LATERE,

CVM

COMMUNITATE CASTRI NOVI

Casus disputatus in Camera, & coram Guber-natore Castri novi respectivè, & resolutus in infra.

De jure pascendi competente Communi-tati vel civibus in terris & prædiis pri-vatorum, Et an possint simul stare quod dictum jus sit Baronis, & Domini loci, & tamen quod Communitas pro majori pretio pascua vendat;

An posito dicto jure pascendi possint parti-culares Domini terrarum & prædiorum immutare eorum statum, eaque reduce-re ad culturam, sive ad prata pro scenis colligendis, ac tali casu prohibere pascua.

SUMMARIUM.

- 1 F. Acti series.
- 2 Distinctio questionum.
- 3 Ius sumendi pascua intelligitur post secatas segetes, & recollectos fructus.
- 4 Fænum est in fructu, & prata dicuntur esse in cultura.
- 5 Non potest immutari status bonorum in prejudicium habentium in eis ius pascendi.
- 6 Non dicitur innovare, qui antiquum statum restituit.
- 7 Datur distinctio plurimi casum super conclusione, de qua num. 5.
- 8 Quæ differentia sit inter culturam terrarum ad usum serendi, & alteram ad usum fani & pratorum.
- 9 Quando in prejudicium juris pascendi communi-tati immutari possit rerum usus.
- 10 Servitus non presumitur, ideo intentans negati-vam super libertate dicuntur habere intentionem fundatam.
- 11 An prescriptio hujus servitus debeat esse imme-morabilis.
- 12 Baro Dominus pascuorum potest prohiberi, ne vendat exteris, sed ea concedat civibus pro-prietio inalterabili.
- 13 Pascua civibus competentia possunt eisdem de-orum consensu prohiberi, ut ita alijs publicis o-neribus consulatur.

DISC. XXXIX.

Cum per obitum N. Columnæ absque prole masculina, Camerales prætenderent fa-cium esse locum devolutioni feudi Ca-stri

stris novi, juxta stylum fiscalium ubique servatum, apprehenderunt possessionem tam ipsius feudi, e-
iusque adjacentium, quam omnium tenutarum &
bonorum a dicto feudatario, ejusque majoribus in
eo territorio possessorum. Cumque tres dicti ultimi
feudatarii forores & hæredes prætenderent,
vel feendum adhuc durare, vel quamplura bona esse
allo dialia, hinc *Gregorius XIII.* per viam concordie
mandavit quædam bona dictis fororibus restituiri,
præsertim verò quædam tenutam nuncupatam
Riparia, quæ ab eisdem fororibus vel earum do-
cendentibus emptionis titulo obvenit in Joannam
Sabellam Ducissam Lateri, qua volente aliquis e-
jusdem tenuta partes ad id aptas ad usum pratorum
redigere seu restituere, Communitas ciuidem loci
prætendens habere jus pascendi in universo territo-
rio etiam privatè ad particulares terrarum Do-
minos, cum facultate vendendi herbas præscritam
hyemale forensibus, se oppofuit, prætendendo di-
cta prata custodiri non posse, neque uifum pacio-
rum impediri. Unde introducta desuper caufa in
Camera per appellationem forte ab aliquo decreto
vel sententia Gubernatoris ejusdem loci, qui
semper est unus ex ejusdem Camere Clericis, cum
præsupposito dicti juris pascendi spectanti ad
Communitatem, quod scribentes in facto pro Du-
cissa tunc non controvertant, assumpta fuit dis-
putatio, an hoc non obſtante licitum eſſet prata
custodire, eorumque pafcia prohibere pro conſue-
to tempore ad feeni recollectionem necessariò,
ſed quod memoria ſuggerat, nulla capta fuit resolu-
tio. Occaſione autem hujusmodi diſputationis, animadverſum fuit erroneum uifus dictum præten-
ſum jus pascendi admittere, unde propterea ad
evitandas difficultates, quæ illo poſito ſuper dicto
puncto habebantur, acquirendamque dicta tenuta
libertatem, oportuum judicatum fuit ex integro
judicium in actione negatoria coram dicto Gu-
bernatore iuſtituire ſuper dicta libertate à præ-
tentio jure pascendi, ſuper qua obtenta fuit ſen-
tentia favorabilis, à qua pendet cauſa in Camera in
grada appellationis per dictam Communitatem inter-
poſita.

Duo igitur fuerunt puncti, de quibus in hujus-
modi refpective diſputationibus actum fuit; Primo
ſclicet, in Camera, pro præsupposito dicto jure pa-
ſcendi in Communitate, poſſet eo non obſtante fieri
reductio ad uifum pratorum, & prohiberi in eis pa-
ſcua; Et ſecundo circa ipſum jus pascendi à dicta
Communitate prætentum.

Quoad primum, ſcribens pro Ducissa, dicebam
quod quemadmodum Dominus ſeu prædiū nō pro-
hibetur per hoc jus pascendi uerbaliter in terri-
torio competens Domino loci vel Communitati
prædiū colere, ibique ſerere triticum vel alias fru-
ges, atq; pro iſto cultu tempore pafcia prohibere,
cum hujusmodi facultas ſeu jus intelligatur recolle-
ctis fructibus ex deductis per *Larrea alleg.* 109. n. 1.
Capobl. de Bar. part. 1. pragm. 11. & par. 2. c. 75. ubide
materia: Ita à pari, cum reducere terras ad uifum pratorum, uifuum ibi colligatur, alind non ſi niſi
ſpecies cultura, ſeu perceptionis fructus, ut ad literā
probant text. in l. *pratam ff. de verb. ſignif. & l. pri-*
ma & 2. Cod. de paſciis publicis lib. 11. Per qua jura
ita in individuo firmit *Rovit.* ſuper pragmaticis in
vibr. de paſciis n. 12. quoniam ſeuenum eſt fructus
habens etiam de industriali; atque ſub jure pascendi
non venit facultas iſtos percipiendi.

Non negabatur haec propositio per ſcribentes
in contrarium, ſed inflebat in eo, quod Domini

Cardin. de Luca de Servitutibus.

nus fundi ſervientis non potest immutare illius ſta-
tum in præjudicium ejus, cui competit ſervitus vel
ius paleſcendi ex deductis per *Cobell. ad Bullam boni*
regiminis cap. 50. num. 198. cum ſequen. *Capobl. de*
Baron. diſta pragmat. 11. par. 1. per 101. & par. 2. c. 75.
late apud Larream alleg. 110. ubi etiam de materia
prohibitionis faciendo bannitas ſeu defenſas, aut a-
lias immutandi rei ſtatutum in præjudicium haben-
tium jus pascendi.

Pro hujusmodi objecione removendo, duas dabam
reſponſiones, Uram, quod in facto ſupponeretur
antiquitus iſtas tenuta partes ad eundem pratorum
uifum deſeruere, unde propterea non erat innova-
tio, quia innovare non dicitur, qui antiquum ſta-
tum dirutum vel neglectum reſtituit ad text. in l.
non eſt novum ff. de legibus l. 1. §. de nov. oper. nuncia-
tione cum concord. per *Mantic. dif. 163.*

Et ſecundo quod revera non verfaremur in ca-
ſu conclusionis quam habemus de non immutando
ſtatu fundi ſervientis in præjudicium ejus, cui ſervi-
tus debita eſt. Ad quod probandum advertebam in
proposito plures cauſas diſtinguendos eſt; Quorum
primus eſt, ubi agitur de jure pascendi competere
jure private ſervitutis potius realis, de qua propriè
agit *§. inter ruficorum Inſtit. de ſervitutibus*
cum concord. per Cepoll. de ſervit. rufiſt. pred. c. 9.
quia nempe unum prædiū debeat pafcia animali-
bus alterius prædiū, & de hoc in prefenti agendum
non erat utpote à cauſa controverſia extraneo.

Alter calus eſt, ubi agitur de jure pascendi com-
petenti in universum Domino loci vel Communi-
tati, non ratione ſervitutis vel confuetudinis, ſed
ratione dominii, quia nempe dominium terrarum
& prædiorum direcūm, ſi quæd fructum na-
turalēm fit Domini vel Communitatis, particulares
verò habeant ſolum dominium ſubalternum pro
fructibus industrialibus, & pro uſu cultura, juxta
quædam colonia ſpeciem, ut apud *Mantic. dec.*
97. cum ſimilibus, de quibus habetur particulariter
actum in *Nepifina collecta hoc eodem iuſu lo. difc. 35.* &
tunc recte intrare videtur dicta prohibito faci-
enda per Dōminum, qui terras particularibus ſeu
colonis ad illum uifum tantum dedit, ut per *Capobl.*
ubi ſuprā apud quem concordantes, Et nihilominus
etiam iſto cauſe discretè ac juxta facti qualita-
tem id intelligendum eſt, quoniam ſicut particulares
habentes hoc dominium ſubalternum pro cul-
tura non prohibent iſtius ac recollecte tem-
pore durante prohibere pafcia, ac tollere Domi-
no directo perceptione fructus naturalis, ita non
videtur prohibenda haec ſpecies cultura, que non
eſt in omnibus anni partibus, ſed ſolū in quibusdam
menſibus, niſi ex more regionis ac terrarum
qualitate obſter conſideratio, quod hujusmodi cul-
ture ſpecies fit magis præjudicialis, ac impeditiva
dicti juris pascendi, cuius utilitas conſiſtere ſoleat
in herbis hyemalibus, que in pratis prohibentur;
Seu magis ad rem, quia ubi agitur de vera cultura
pro ferendo triticō & aliis frugibus, ut commode
& compatibiliter uterque fructus naturalis & in-
dustrialis percipiatur, ſolē fieri diſtributio per
contratas ſou territorii partes, vulgo quareos in annis
vel tempora, ut ita tota una pars colatur uno
tempore, altera tota remaneat libera pro uſu paſ-
ciorum, qua alias absque hujusmodi generico u-
niiformi ſtatu commode percipi non poſſunt, quod
non eſt applicabile pratis dantibus impedi-
mentum continuum in omnibus annis.

Tertius derum eſt cauſa noſter, in quo jus pa-
ſcendi in universo territorio, bonisque campeſtribus

seu communalibus competit de consuetudine ci-
vibus, & incolis jure civico, vel Domino seu Com-
munitati ex præscriptione; Et tunc id non importat
prohibitionem immutandi usum, nisi immutatio
esset in notabili quantitate, ita ut, vel impeditus,
vel notabiliter præjudicatus remaneret dictus
publicus usus, in quibus terminis procedunt dicta
per Cobell, & Capobl. ubi supra, & distinguendo ha-
betur apud Covarr. practicar. cap. 37. n. 4. & 6.
Hond. conf. 34. num. 3. lib. 2. Cancer. par. 3. var. cap. 4.
de servitibus num. 78. dec. 1. 632. num. 3. par. 3. rec.
& habetur presertim in Tusculana disc. 37. Verum
adhuc cogitabam id recte procedere ad effectum
reducendi partem terrarum ad vineas, aliaque præ-
dia muris vel sepiibus recincta juxta casum, de quo
in dicta Tusculana, secus autem ad hujusmodi effe-
ctum pratorum, quæ non recinguntur, sed remanent
in primæ statu naturæ tanquam reliqua com-
munalia, unde propterea urgere videtur eadem ra-
tio impeditiva hujus juris pascendi, de qua supra, &
hoc mihi infrebat difficultatem, quatenus dictum
jus pascendi admittatur.

Quoverò ad alterum punctum libertatis hujus
tenetæ disputatum coram Gubernatore, fundata
rat intentio hujus partis intentantis actionem ne-
gatoriam super rei suæ libertate eo ipso, quod à
prætentente servitutem ista non probatur ex plene
deductis dec. 101. par. 4. rec. tom. 2. Romana servitutis
29. Ianuarij 1666. Cerro, de qua habetur etiam a-
etum hoc tit. disc. 23. & habetur in dicta Tusculana,
ac etiam in dicta Nepesina, & in alijs frequenter; Et
quidquid apud DD. controversum sit, dicebam in
Curia, etiam in casu, quo non agatur de scriptura
merè reali, retineri opinionem, quod cessante titu-
lo explicito in his terminis juris pascendi require-
atur præscriptio immemorabilis ex deductis per
Dexart. dec. 70. & 71. Cancer. dict. cap. 4. numer. 50.
Rot. dec. 300. & 347. par. 9. rec. cum alijs in dictis
11. Tusculan. & Nepesin. quamvis huc opinio quoties
agitur de illa consuetudine, quæ per Europam est
generalis, facultatis scilicet pascendi in communali-
bus post seccatas segetes jure civico, mihi parum
probabilis videatur, ex deductis in proxime allega-
tis locis, & alibi hoc eodem titulo, quoniam aliud est
depasci jure servitutis, aliud verò jure civice facul-
tatis, & ex quodam usu naturali concedendo civi-
bus & incolis.

Difficultas verò consistebat in eo quod ex parte
Communitatis dabantur jura antiqua suprà cente-
nariam comprobantia, vel saltem satis adminicu-
lantia hujusmodi hyemalium herbarum venditio-
nes factas per Communitatem forensibus, acceden-
tibus etiam aliquibus chirographis Pontificis hujus-
modi facultatem vel confirmantibus vel supponen-
tibus, unde videbantur intrare eadem, quæ pro
hujus competentiad favorem Communitatis ha-
bentur in dicta Nepesina collecta disc. 31.

Quamvis autem more Advocati causæ inservi-
entis multa deducerem contra dictas probationes
& adminicula, præsertim circa non probatam effe-
ctuationem illarum venditionum, quæ antiquo
tempore emuniciabantur in quibusdam decretis seu
conclusionibus factis in Consilio generali, Nihil
ominus reflectendo ad veritatem mihi videbatur
hoc jus in genere pro reliquo territorio sufficien-
ter probatum esse modo de quo infra; Verum
codem sensu veritatis retento, credebam pro hujus
tenetæ libertate probabilius respondendum esse,
quoniam eadem Communitas exhibuerat quasdam
recepitas factas per dictas sorores de Columna, seu

carum matrem & tutricem de aliquibus pecunia-
rum summis sibi solutis per cives & particulares
hujus loci pro herbis & pascuis hujusmodi terra-
rum, Ac etiam quia nedium feudatarius prædictus,
quando suum jus durabat, sed etiam Camera post
devolutionem, ejusque affluarii semper exegerunt
& exigunt pro pascuis hujus territorii à particula-
ribus quamdam fidam ad rationem toti juliorum
pro quolibet animali, & ab ipsa Communitate
quamdam summam pro jure pascuorum in univer-
sum, unde propter ea ita exclusum remanere dicitur
dominium seu jus Communitatis, cum illud potius
sit Domini, & consequenter omnino probabilius
dicebam, quod Baro seu feudarius, qui Baronali
seu dominicali jure habebat jus pascendi in com-
munalibus & universo territorio, non subjeceret
hujusmodi servituti in hac tenuta, aliosque bonis
per eum jure pleni, & privati dominii potestis, co-
dem adamus modo, quo de aliquibus tenutis &
bonis Baronis & respectivè Communitatis discreti-
vè ad communalia, & reliquum campestre territo-
rium habetur in dicta Nepesina collecta disc. 35.

Istud motivum primo aspectu videbatur judici-
dum, ac non de facili perceptibile, quasi quod
omnino improbabile videretur, quod Baro pro-
eius tempore, & successive Camera si haberet hujus-
modi pascuorum jus vel dominium, contentari
veller modica præstatione, ac pati, quod Commu-
nitatis rem non suam longè maiori pretio exteris
venderet.

Pro hujusmodi difficultate removenda dicebam,
frequenter dari casum, quod jus pascuorum esset
Baronis, ex consuetudine tamen limitatum, nè fo-
rensis pascua vendere possit, sed teneatur illa
concedere Civibus & Incolis pro certo mode-
rato inalterabili pretio, seu taxa, quæ vulgo fida di-
citur ex deductis apud Capob. de Baron. dicta prag.
11. n. 193. & sequen. & tom. 2. q. 73. cum sequen. quo ca-
si cives & incole dici non possunt Domini pascu-
orum, quæ ita sunt in dominio Baronis, sed pascu-
orum habent jus seu facultatem usus pro certo moderato
inalterabili pretio per consuetudinem taxato.

Quo jure civico ita posito, stant bene similes
orumdem civium Communitatem pro majori pre-
tio eadem pascua aliis vendere, etiam cum ipsorum
civium prohibitione, quia tunc id fieri dicitur, non
iure dominii, sed per quamdam speciem collecta,
ita se privando hujusmodi facultate sibi alias com-
petente, ad effectum supportandi onera, pro quibus
alias collectas personales vel reales imponere opus
esset, juxta conf. 6. Abbatis, Franch. dec. 197. Mastrill
dec. 49. & sequi in alijs hoc tit. Et in simili videmus
in Urbe de domibus in Ghetto hebreorum exi-
stentibus, quoniam earum Domini cum prohibi-
tione alterandi recipiunt antiquas minores pensiones,
ipsi verò hebrei conductores longè majores
percipiunt pensiones ab aliis ex eo jure, quod vulgo
dicitur Cazzaga cum similibus.

Pramissaque comprobari observabam à litteris,
Gregorii XIII. super hujusmodi tenetæ, aliorum
quo bonorum dimissione præfatis sororibus facta
quoniam expresse dicitur fieri liberè & cum plena
exemptione ab omni onere & servitute, illo
præsertim juris pascendi, quod ad evi-
dentiam dictam veritatem com-
probare videbatur,